This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

GT
55
523.9

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gt 55.523.9

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

De usu

adjectivorum et participiorum pro substantivis,

item substantivorum verbalium apud Thucydidem.

Scribebat

Maximilianus Kohn
Phil. Dr.

Berolini.
Mayer et Mueller.
1891.

De usu
adjectivorum et participiorum pro substantivis, item substantivorum verbalium apud Thucydidem.

Scribebat

Maximilianus Kohn
Phil. Dr.

Berolini.
Apud Mayerum et Muellerum.
1891.

G.+ 55.523.9

HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY.
Constantius fund

Hunc conatum vehementer laetabor si non omnino male mihi cessisse judicaverint Viri Docti, qui ut benevole hasce lucubrationes excipiant atque exantlatos quidem labores respiciant etiam atque etiam rogo et exopto.

Aliorum scriptorum dicendi genera alia esse nobis ex duabus potissimum caussis patescere videtur, nimirum et ex aetate, qua opera conscripta sunt, et ex materia, unde elocutio plus minusve peculiaris consequatur necesse est. Praeteream hoc loco scribendi genera cum praecipuo quodam amore usurpata, quoniam talia omnino aliena sunt et ab auctoribus vel propter rerum siccitatem adhiberi solent, vel ex falsa seu rudi literarum colendarum opinione. Quemadmodum vero summa rerum gravitate etiam oratio nascitur severa et sincera, sic quoque in rebus gestis admodum perspicue enarratis, velut apud Xenophontem, grata sermonis et simplicitate et dulcedine mirifice capimur. Quae cum ita sint, genuina quidem scripturae facies, quam opus totum prae se fert, conspici potest, haudquaquam vero unaquaeque dicendi ratio peculiaris singularisque atque licet non in cunctis rebus levioribus scriptorem sibi constare posse cognitum habeamus, accuratius tamen nobis conquirendum videtur, quibus in formis varius, in quibus sibi constans putandus sit; utrum vocabula quaedam, velut *ἅπαξ λεγόμενα*, an certae formae extent grammaticae aliaque cum his rebus manifesto cohaerentia. Quas secundum normas si Thucydidis elocutionem consideraveris, leviora quidem non respiciens, quinque res conspicue animadvertes, quas praeclari rerum auctoris identidem pertractanti pro certo habemus in dies dilucidiores fore. Sunt autem hae:

Primum collocatio verborum peculiaris[1]), deinde

[1]) Jul. Braunius, de collocatione verborum apud Th. observatt. Brunsb. 1861.

periodorum structura ab omnibus auctoribus ceteris admodum discrepans, tum haud pauca anacoluthorum vestigia (unde casus illi absoluti et nominativus, et genet. et accusat.), postea usus praepositionum[1]) significationibus paene admirabilibus adhibitarum, denique quiddam iam a Dionysio[2]) sagaciter animadversum *ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων*, facultas illa quidem nova conficiendi vocabula et *πολυειδὲς τῶν σχημάτων* novasque notiones proferendi. Ex quibus rebus postremis usus alias adiectivorum et participiorum ad substantivorum naturam accedens evasit, alias substantivorum verbalium, quibus subest agendi vis magna graviterque, ut ita dicam, expressa. Prodiit autem haecce species ex ipsius scriptoris id semper agentis indole, ut quaecunque describere vel depingere vult, ea cum maxima animi contentione amplectatur, neque unquam etiam levissima quaeque pari modo ac gravissima sibi pertractanda esse obliviscatur. Unde factum est, ut omnia, quae auctor noster narret exponatque, mirum quantum luculenta appareant atque ab eodem tales frequententur formae, structurae, voces, quales liquet originem trahere ex illustrationis studio, quo nihil notionum incertarum colore inficiatur, sed potius, quantum quidem fieri queat, et cunctae res earumque formae non sine gravitate ante legentium oculos ponantur. —

Primum autem iam adiectivorum earumque, quae huc spectant, vocum tumque participiorum pro substantivis usum tractabo ac postremo de substantivis disseram verbalibus, maxime quidem id cavendum ratus ne quid cupidius quam verius dicam, aut multa in ambiguo relinquens, nec ubique certi quid pronuntians, ingeniosi potius sagacisque commentatoris quam sobrii fidique investigatoris laudem merear.

---

[1]) Golischius, de praepositt. usu Thuc. (tria gymnasii Suidnitiensis programmata 1859—65).

[2]) Dionysius Halicarn. *περὶ τοῦ Θουκ. χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ συγγραφέως ἰδιωμάτων*. Ed. Krueger. p. 131.

I. De adiectivis animi virtutes atque vitia significantibus.

Aut cum praepositionibus *διά*, *κατά*, *παρά*, aliis aut sine eis saepissime reperimus neutra adiectivorum inprimis mentis propria significantium tanquam mera substantiva. Prae ceteris autem eum adiectivorum neutralium numeri singularis usum peculiarem apud Thucydidem invenimus, quem ab aliis scriptoribus, hac ratione, qua apud illum invenitur, alienum esse constat, ita ut substantivorum, quae vocantur, abstractorum copia haud exigua apud eum aut omnino non aut raro reperiatur. Classenius quidem in editionis suae praefatione[1]) et in commentario[2]) hanc dicendi proprietatem illustrare conatus est, sed caussae, quas affert ad rem dilucidandam, haudquaquam sufficiunt eiusque explicatio: „der gebrauch der neutralen adjectiva an stelle der entsprechenden abstrakte ist dem Thucydides vorzugsweise eigen und besonders dadurch wirksam, dass er für die abstrakte allgemeinheit des begriffs eine lebendige anwendung desselben vor die seele rückt“ Ludovico Herbstio[3]) recte displicet quaerenti, quamobrem nihilominus, cum in adiectivorum neutris tanta vis insit, omnino extent substantiva abstracta, nec solum ea extare ostendenti, verum etiam non ita raro unam eamque specialem designare conditionem, dum vicissim neutra adiectivorum identidem notionem ipsam generalem significent. Sed in exemplo, quod protulit Herbstius, paullisper consistamus.

Thucydides I, 74,1, quae Athenienses in bello contra Persas gesto pro sua parte praestiterint, illustrans haec eos inducit loquentes: *τρία ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην.* Alibi etiam *τὸ πρόθυμον* ponit saepenumero, hoc tamen loco hanc repudiat vocem, quamvis illarum rerum duarum modo facta mentione *τὸ πρόθυμον* melius futurum fuisse existumes, utpote quod hic adhibi-

[1]) Praef. p. LXXVII.
[2]) T. I. p. 76.
[3]) Philolog. t, XXIV. p. 672 sq.

tum magnam illam vim a Classenio suppositam mirum quantum declarasset. Neque aliter de re eadem agens VI, 83, init. ait: *ὅτι ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεσχόμθα* itemque I, 75,1. *καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε* [*καὶ γνώμης ξυνέσεως*], sicut etiam I, 92 *διὰ τὴν ἐς τὸν Νῆδον προθυμίαν.* Non fortuito tum substantiva abstracta, tum adiectivorum neutra usurpat, sed quotiescunque sententiam aut eandem aut similem atque antea profert, semper eodem utitur dicendi modo, neque unquam altero pro altero, siquidem etiam certis vocibus „sunt certe denique fines". Audiamus autem Herbstium, qui quidem etiam ad participia, de quibus me cum eo consentire non posse infra fusius ostendam, haecce verba spectare opinatus est: „Mit dem neutrum des adjectivs will Thucydides 1) thatsächliches, fuer einen bestimmten fall als vorhanden gedachtes gerade nur als solches bezeichnen; das abstrakte substantiv bleibt dann dem gegenüber allgemein gedachter begriff und soll ihm zunächst nur als solcher gelten, mag ihm noch so sehr ein vorhandenes in der wirklichkeit entsprechen. Sodann aber verwendet er 2) das neutrum der adjective gerade entgegengesetzt für den abstrakten begriff, ohne dass doch dem griechischen leser durch diesen wechsel ein zweifel, wie der schriftsteller aufgefasst sein wollte, entstehen konnte." Quod discrimen ut plene perspiciamus, nobis videtur operae pretium esse grandem numerum et adiectivorum neutralium et substantivorum abstractorum colligere, unde cognoscatur, qualis ratio et quaenam norma in illo dicendi genere fuerit, ita quidem, nec aliter adhibito. Etenim Lamberti Bosii[1]) sententia, his adiectivis plerumque vocabulum *τὸ ἦθος* subaudiendum esse, admodum — ut leniter dicam — puerilis est atque inde profecta videtur, quod semper et ubique potissimum id egit ut ellipsin[2]) fabricaretur. Et cur non

[1]) L. Bosii, ellipses graecae. Ed. G. H. Schaefer. Lips. 1808. p. 169 sq.

[2]) Apte Godofr. Hermannus in libro, qui „de ellipsi et plenasmo in graeca lingua" inscriptus est, de Bosio Weiskioque sic iudicavit: „Singu-

aliud suppleri voluit substantivum? Audiamus eum et miremur. Propterea scilicet, quod Herodianus VI, 1. 14. plene habet: *ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾷον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ*. Quid huic sententiae minime faveat vel potius quam maxime refragetur, explicare supervacaneum est, quare primum illas dictiones in medium proferendas esse existumo, quibus et animi et mentis qualitas habitusque illustrantur, eis adiectivis, quae bonos indicant affectus, praemissis, quo refero *τὸ ἀληθές* III, 24,3 atque additis praepositionibus *ἐς τὸ ἀληθές, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς*; contra notio „re vera" exprimitur *τῇ ἀληθείᾳ*, non *τῷ ἀληθεῖ; τὸ ἀνδρεῖον* II, 89 itemque genetivo absoluto *τοῦ ἀνδρείου παρόντος* II, 87, 3 et *τὸ γενναῖον* generositas III, 83 (*τὸ εὐηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει καταγελασθὲν ἠφανίσθη*). Huc porro pertinet *τὸ δίκαιον* alias idem valens quod *δίκη*, alias quod *δικαίωμα*, alias quod *δικαιοσύνη* ac persaepe omnes invenimus casus, dativo plur. excepto. Cum genetivo iunctum legitur III, 47,5 *τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας*, sed cum verbis *διδόναι* atque *ἀντιδιδόναι* auctor noster tantummodo *δίκην* vel *δίκας* copulavit, quamquam unus extat locus I, 37, 5, ubi *διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια* reperitur. *Τὸ ἐπιεικές* semper cum *ἐκ* vel *πρὸς* c. acc. iungitur notionem aequitatis continens, substantivo verbali *ἐπιείκεια* nomini dementiae respondente; *τὸ εὐηθες*, simplicitas III, 83; *διὰ τὸ εὔκοσμον* ob modestiam I, 84, 3; *τὸ εὔνουν* benevolentia IV, 87,3, ubi, quod ab his Thucydidis dictionibus non est alienum, etiam pronomen possessivum extat *τῷ ὑμετέρῳ εὐνῳ*, sicubi II, 39, 1. *πιστεύοντες τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ*, nec dissimiliter V, 9,1 *διὰ τὸ εὐψυχον*. Quibus formulis addantur *τὸ πιστόν* cum genet. I, 68,1, *τὸ πιστὸν τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας* atque II, 40,5, *τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ*, cum gignendi casus extet VI, 72,4, *μετὰ τοῦ πιστοῦ*; porro *πᾶν τὸ πρόθυμον παρεχόμενοι* IV, 85,4, quo loco, cur *πᾶν* cum articulo iunctum sit, non est quod explicem. Adde II, 15,2, *γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ*

alri profecto casu accidit, ut Lamberti Bosii liber de ellipsi maximam partem sit pleonasmus, Weiskii de pleonasmo ellipsis". (p. 99).

δυνατός ac sequente genetivo III, 83,3, *τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετόν*, IV, 92,2 *τὸ προμηθές* cautio, I, 37,2, *διὰ τὸ σῶφρον*, VI, 92,4, *τὸ φιλόπολι*, patriae amor, cui II, 44,4, respondet *τὸ φιλότιμον* honoris cupiditas. Jam quod ad nomina attinet abstracta, eis quae adnotavimus adiectivis cognata, a Thucydidis usu et ipsa aliena non fuerunt, quae peculiari quodam sensu excogitata esse haud facile quisquam negaverit. Reperiuntur igitur *ἀλήθεια*, *ἀνδρεία* sive *ἀνδρία*, *γενναιότης* (semel), *δικαιοσύνη* ac *δίκη*, *ἐπιείκεια*, *εὔνοια*, *εὐήθεια*, *εὐψυχία*, *πίστις*, *ξύνεσις*, *προμήθεια*, *σωφροσύνη*, *φιλοτιμία*, cum nomina ab *εὔκοσμος* et *φιλόπολις* derivata, quod sciam equidem, non extent. Ubi vero auctoris nostri interest, vim potius affectus vel bonae malaeve artis indicare quam ipsum affectum ipsasque illas artes, ibi usui adiectivi generis neutrius locus est, ut inter substantiva abstracta et adiectiva neutralia eadem ratio intercedere dici possit, quae caussae intercedit cum effectu (ursache u. wirkung).

Nunc vero ad animum in malam infestamque artem intentum, qualem Thucydides expressit, adumbrandum aggressurus sum, quod genus frequenter adiectivo declaratum est, ut ex his patet exemplis notatu dignis: II, 42,4, *τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον* neque minus *διὰ τὸ αἰσχρόν* atque gradu comparativo *ἐκ τοῖ αἰσχίονος* VI, 10,2, *διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν* I, 69,3, *τὸ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα* III, 82,4, *τὸ ἄπιστον*, diffidentia, VIII, 66,5, *ἐν τῷ ἐκείνων ἀπρεπεῖ*, cum illorum dedecore, V, 46,1, aut cum genetivo possessivo copulatum *τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσοιται* VI, 11,6, *ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης* II, 61,2, sicut reperitur superlat. *ἐν τῷ ἀσθενεστάρῳ* III, 52,3, *δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων* III, 38,5, *οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον* V, 105,3, *ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας* II, 44,4, *τὸ βραδὺ μὴ αἰσχύνεσθε* I, 84,1, *τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης* IV, 63,1, *τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει* II, 64,5. Itidem *τὸ κακόν* sescenties omnibus legitur casibus, dandi casu, cuius num. pl. extat, non observato, iungiturque etiam cum genet. III, 64,4, *ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε.*

Jam vide reliqua II, 38,1, *τῶν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρον ἐκπλήσσει*, III, 83,3, *μὴ ἐκ τοῦ πολυτρόπου αὐτῶν τῆς*

γνώμης φθάσωσι προεπιβουλευόμενοι, ubi in nomin. *τὸ πολύτροπον* versutiae inest notio, II, 62,5, *ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος*, I, 90,2, *τὸ ὕποπτον τῆς γνώμης*, quocum compares I, 102,4, *τινὸς ὑπόπτου γενομένου* et VI, 85,3, *ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ὑπόπτῳ*, *τὸ φαῦλον* VI, 18,6. Attamen hisce nominibus abstractis Thucydides identidem utitur idque illius discriminis habita ratione, quod iam supra a nobis sat copiose expositum est. Huius generis sunt *αἰσχύνη* (cum *αἶσχος* prorsus desit), *ἀπιστία*, *ἀσθένεια*, *ἀτοπία*, *ἀφροσύνη*, *βραδυτής*, *κακότης* vel *κακία*, *λύπη*, *ὑποψία*, cnm alia vocabb. derivanda a dicendi usu nostri auctoris — ut videtur — omnino aliena sint. Hic ea non praeteream silentio adiectiva, quibus minus hominum animus, quam rei status indicatur, cuiusmodi usum, etsi ex parte etiam aliorum est scriptorum, tamen apud Thucydidem tam frequentem esse novimus, ut, quotiescunque dictiones substantivi vim naturamque habent, peculiari colore Thucydideo fucatae esse videantur. Hisce adnumerare possis, nisi cui audacius nimisque temere agere videar, me quidem iam supra similia attulisse existumanti, ea potissimum adiectiva, quibus rerum qualitas sensu quodam proprio exprimitur.

Consociationes autem, quas dico, sunt hae: *τὸ ἁβροδίαιτον* I, 6,3, *τὸ ἀγαθόν* millies omnibus et casibus numerisque vel numeri dualis *δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι* IV, 28,5, et cum genet. *ἐπὶ ἀγαθῷ καὶ ἐλευθερίᾳ τῆς πόλεως* IV, 114,3, *τῷ ἀδοκήτῳ* et *ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου* saepe, *τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον* II, 61,3, *τὸ ἀκίνδυνον*, securitas, V, 16., *τὸ πάνυ ἀκριβές* VI, 18,6, *τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ* V, 99,1, *ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου* III, 83,2, *τὸ ἀνθρώπειον* persaepe, *τὸ ἀντίπαλον*, virium aequabilitas, IV, 92,4, *διὰ τὸ ἀξύμβατον* III, 46,3, *μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου* VIII, 50,2, *τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ* IV, 127,2, *τὸ ἄπραγμον* II, 63,3, *τὸ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος* IV, 62,4, *διὰ τὸ ἀστέγαστον* VII, 87,1, *τὸ ἀσφαλές* omnibus numeri sing. casibus et iunctum cum praepositt. *ἀπό*, *ἐκ*, *ἐν*, *ἐς*, *παρά*. Itemque sine ullo discrimine, ut completum proponam indicem, *τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώματος* II, 42,4, atque genetivus *τοῦ ἀφανοῦς τούτου* IV, 63, *πολὺ*

De usu
adjectivorum et participiorum pro substantivis, item substantivorum verbalium apud Thucydidem.

Scribebat

Maximilianus Kohn
Phil. Dr.

Berolini.
Apud Mayerum et Muellerum.
1891.

G+55.523.9

HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY.
Constantius fund

Hunc conatum vehementer laetabor si non omnino male mihi cessisse judicaverint Viri Docti, qui ut benevole hasce lucubrationes excipiant atque exantlatos quidem labores respiciant etiam atque etiam rogo et exopto.

Aliorum scriptorum dicendi genera alia esse nobis ex duabus potissimum caussis patescere videtur, nimirum et ex aetate, qua opera conscripta sunt, et ex materia, unde elocutio plus minusve peculiaris consequatur necesse est. Praeteream hoc loco scribendi genera cum praecipuo quodam amore usurpata, quoniam talia omnino aliena sunt et ab auctoribus vel propter rerum siccitatem adhiberi solent, vel ex falsa seu rudi literarum colendarum opinione. Quemadmodum vero summa rerum gravitate etiam oratio nascitur severa et sincera, sic quoque in rebus gestis admodum perspicue enarratis, velut apud Xenophontem, grata sermonis et simplicitate et dulcedine mirifice capimur. Quae cum ita sint, genuina quidem scripturae facies, quam opus totum prae se fert, conspici potest, haudquaquam vero unaquaeque dicendi ratio peculiaris singularisque atque licet non in cunctis rebus levioribus scriptorem sibi constare posse cognitum habeamus, accuratius tamen nobis conquirendum videtur, quibus in formis varius, in quibus sibi constans putandus sit; utrum vocabula quaedam, velut *ἅπαξ λεγόμενα*, an certae formae extent grammaticae aliaque cum his rebus manifesto cohaerentia. Quas secundum normas si Thucydidis elocutionem consideraveris, leviora quidem non respiciens, quinque res conspicue animadvertes, quas praeclari rerum auctoris identidem pertractanti pro certo habemus in dies dilucidiores fore. Sunt autem hae:

Primum collocatio verborum peculiaris[1]), deinde

[1]) Jul. Braunius, de collocatione verborum apud Th. observatt. Brunsb. 1861.

periodorum structura ab omnibus auctoribus ceteris admodum discrepans, tum haud pauca anacoluthorum vestigia (unde casus illi absoluti et nominativus, et genet. et accusat.), postea usus praepositionum[1]) significationibus paene admirabilibus adhibitarum, denique quiddam iam a Dionysio[2]) sagaciter animadversum *ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων*, facultas illa quidem nova conficiendi vocabula et *πολυειδὲς τῶν σχημάτων* novasque notiones proferendi. Ex quibus rebus postremis usus alias adiectivorum et participiorum ad substantivorum naturam accedens evasit, alias substantivorum verbalium, quibus subest agendi vis magna graviterque, ut ita dicam, expressa. Prodiit autem haecce species ex ipsius scriptoris id semper agentis indole, ut quaecunque describere vel depingere vult, ea cum maxima animi contentione amplectatur, neque unquam etiam levissima quaeque pari modo ac gravissima sibi pertractanda esse obliviscatur. Unde factum est, ut omnia, quae auctor noster narret exponatque, mirum quantum luculenta appareant atque ab eodem tales frequententur formae, structurae, voces, quales liquet originem trahere ex illustrationis studio, quo nihil notionum incertarum colore inficiatur, sed potius, quantum quidem fieri queat, et cunctae res earumque formae non sine gravitate ante legentium oculos ponantur. —

Primum autem iam adiectivorum earumque, quae huc spectant, vocum tumque participiorum pro substantivis usum tractabo ac postremo de substantivis disseram verbalibus, maxime quidem id cavendum ratus ne quid cupidius quam verius dicam, aut multa in ambiguo relinquens, nec ubique certi quid pronuntians, ingeniosi potius sagacisque commentatoris quam sobrii fidique investigatoris laudem merear.

---

[1]) Golischius, de praepositt. usu Thuc. (tria gymnasii Suidnitiensis programmata 1859—65).

[2]) Dionysius Halicarn. *περὶ τοῦ Θουκ. χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ συγγραφέως ἰδιωμάτων*. Ed. Krueger. p. 131.

I. De adiectivis animi virtutes atque vitia significantibus.

Aut cum praepositionibus *διά*, *κατά*, *παρά*, aliis aut sine eis saepissime reperimus neutra adiectivorum inprimis mentis propria significantium tanquam mera substantiva. Prae ceteris autem eum adiectivorum neutralium numeri singularis usum peculiarem apud Thucydidem invenimus, quem ab aliis scriptoribus, hac ratione, qua apud illum invenitur, alienum esse constat, ita ut substantivorum, quae vocantur, abstractorum copia haud exigua apud eum aut omnino non aut raro reperiatur. Classenius quidem in editionis suae praefatione[1]) et in commentario[2]) hanc dicendi proprietatem illustrare conatus est, sed caussae, quas affert ad rem dilucidandam, haudquaquam sufficiunt eiusque explicatio: „der gebrauch der neutralen adjectiva an stelle der entsprechenden abstrakte ist dem Thucydides vorzugsweise eigen und besonders dadurch wirksam, dass er für die abstrakte allgemeinheit des begriffs eine lebendige anwendung desselben vor die seele rückt“ Ludovico Herbstio[3]) recte displicet quaerenti, quamobrem nihilominus, cum in adiectivorum neutris tanta vis insit, omnino extent substantiva abstracta, nec solum ea extare ostendenti, verum etiam non ita raro unam eamque specialem designare conditionem, dum vicissim neutra adiectivorum identidem notionem ipsam generalem significent. Sed in exemplo, quod protulit Herbstius, paullisper consistamus.

Thucydides I, 74,1, quae Athenienses in bello contra Persas gesto pro sua parte praestiterint, illustrans haec eos inducit loquentes: *τρία ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην.* Alibi etiam *τὸ πρόθυμον* ponit saepenumero, hoc tamen loco hanc repudiat vocem, quamvis illarum rerum duarum modo facta mentione *τὸ πρόθυμον* melius futurum fuisse existumes, utpote quod hic adhibi-

[1]) Praef. p. LXXVII.
[2]) T. I. p. 76.
[3]) Philolog. t, XXIV. p. 672 sq.

tum magnam illam vim a Classenio suppositam mirum quantum declarasset. Neque aliter de re eadem agens VI, 83, init. ait: *ὅτι ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεσχόμθα* itemque I, 75,1. *καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε* [*καὶ γνώμης ξυνέσεως*], sicut etiam I, 92 *διὰ τὴν ἐς τὸν Νῆδον προθυμίαν*. Non fortuito tum substantiva abstracta, tum adiectivorum neutra usurpat, sed quotiescunque sententiam aut eandem aut similem atque antea profert, semper eodem utitur dicendi modo, neque unquam altero pro altero, siquidem etiam certis vocibus „sunt certe denique fines". Audiamus autem Herbstium, qui quidem etiam ad participia, de quibus me cum eo consentire non posse infra fusius ostendam, haecce verba spectare opinatus est: „Mit dem neutrum des adjectivs will Thucydides 1) thatsächliches, fuer einen bestimmten fall als vorhanden gedachtes gerade nur als solches bezeichnen; das abstrakte substantiv bleibt dann dem gegenüber allgemein gedachter begriff und soll ihm zunächst nur als solcher gelten, mag ihm noch so sehr ein vorhandenes in der wirklichkeit entsprechen. Sodann aber verwendet er 2) das neutrum der adjective gerade entgegengesetzt für den abstrakten begriff, ohne dass doch dem griechischen leser durch diesen wechsel ein zweifel, wie der schriftsteller aufgefasst sein wollte, entstehen konnte." Quod discrimen ut plene perspiciamus, nobis videtur operae pretium esse grandem numerum et adiectivorum neutralium et substantivorum abstractorum colligere, unde cognoscatur, qualis ratio et quaenam norma in illo dicendi genere fuerit, ita quidem, nec aliter adhibito. Etenim Lamberti Bosii[1]) sententia, his adiectivis plerumque vocabulum *τὸ ἦθος* subaudiendum esse, admodum — ut leniter dicam — puerilis est atque inde profecta videtur, quod semper et ubique potissimum id egit ut ellipsin[2]) fabricaretur. Et cur non

[1]) L. Bosii, ellipses graecae. Ed. G. H. Schaefer. Lips. 1808. p. 169 sq.

[2]) Apte Godofr. Hermannus in libro, qui „de ellipsi et plenasmo in graeca lingua" inscriptus est, de Bosio Weiskioque sic iudicavit: „Singu-

aliud suppleri voluit substantivum? Audiamus eum et miremur. Propterea scilicet, quod Herodianus VI, 1. 14. plene habet: *ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾷον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ*. Quid huic sententiae minime faveat vel potius quam maxime refragetur, explicare supervacaneum est, quare primum illas dictiones in medium proferendas esse existumo, quibus et animi et mentis qualitas habitusque illustrantur, eis adiectivis, quae bonos indicant affectus, praemissis, quo refero *τὸ ἀληθές* III, 24,3 atque additis praepositionibus *ἐς τὸ ἀληθές, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς*; contra notio „re vera" exprimitur *τῇ ἀληθείᾳ*, non *τῷ ἀληθεῖ; τὸ ἀνδρεῖον* II, 89 itemque genetivo absoluto *τοῦ ἀνδρείου παρόντος* II, 87, 3 et *τὸ γενναῖον* generositas III, 83 (*τὸ εὐηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει καταγελασθὲν ἠφανίσθη*). Huc porro pertinet *τὸ δίκαιον* alias idem valens quod *δίκη*, alias quod *δικαίωμα*, alias quod *δικαιοσύνη* ac persaepe omnes invenimus casus, dativo plur. excepto. Cum genetivo iunctum legitur III, 47,5 *τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας*, sed cum verbis *διδόναι* atque *ἀντιδιδόναι* auctor noster tantummodo *δίκην* vel *δίκας* copulavit, quamquam unus extat locus I, 37, 5, ubi *διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια* reperitur. *Τὸ ἐπιεικές* semper cum *ἐκ* vel *πρὸς* c. acc. iungitur notionem aequitatis continens, substantivo verbali *ἐπιείκεια* nomini dementiae respondente; *τὸ εὐηθες*, simplicitas III, 83; *διὰ τὸ εὔκοσμον* ob modestiam I, 84, 3; *τὸ εὔνουν* benevolentia IV, 87,3, ubi, quod ab his Thucydidis dictionibus non est alienum, etiam pronomen possessivum extat *τῷ ὑμετέρῳ εὐνῳ*, sicubi II, 39, 1. *πιστεύοντες τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ*, nec dissimiliter V, 9,1 *διὰ τὸ εὐψυχον*. Quibus formulis addantur *τὸ πιστόν* cum genet. I, 68,1, *τὸ πιστὸν τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας* atque II, 40,5, *τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ*, cum gignendi casus extet VI, 72,4, *μετὰ τοῦ πιστοῦ;* porro *πᾶν τὸ πρόθυμον παρεχόμενοι* IV, 85,4, quo loco, cur *πᾶν* cum articulo iunctum sit, non est quod explicem. Adde II, 15,2, *γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ*

alri profecto casu accidit, ut Lamberti Bosii liber de ellipsi maximam partem sit pleonasmus, Weiskii de pleonasmo ellipsis". (p. 99).

δυνατός ac sequente genetivo III, 83,3, *τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετόν*, IV, 92,2 *τὸ προμηθές* cautio, I, 37,2, *διὰ τὸ σῶφρον*, VI, 92,4, *τὸ φιλόπολι*, patriae amor, cui II, 44,4, respondet *τὸ φιλότιμον* honoris cupiditas. Jam quod ad nomina attinet abstracta, eis quae adnotavimus adiectivis cognata, a Thucydidis usu et ipsa aliena non fuerunt, quae peculiari quodam sensu excogitata esse haud facile quisquam negaverit. Reperiuntur igitur *ἀλήθεια*, *ἀνδρεία* sive *ἀνδρία*, *γενναιότης* (semel), *δικαιοσύνη* ac *δίκη*, *ἐπιείκεια*, *εὔνοια*, *εὐήθεια*, *εὐψυχία*, *πίστις*, *ξύνεσις*, *προμήθεια*, *σωφροσύνη*, *φιλοτιμία*, cum nomina ab *εὔκοσμος* et *φιλόπολις* derivata, quod sciam equidem, non extent. Ubi vero auctoris nostri interest, vim potius affectus vel bonae malaeve artis indicare quam ipsum affectum ipsasque illas artes, ibi usui adiectivi generis neutrius locus est, ut inter substantiva abstracta et adiectiva neutralia eadem ratio intercedere dici possit, quae caussae intercedit cum effectu (ursache u. wirkung).

Nunc vero ad animum in malam infestamque artem intentum, qualem Thucydides expressit, adumbrandum aggressurus sum, quod genus frequenter adiectivo declaratum est, ut ex his patet exemplis notatu dignis: II, 42,4, *τὸ αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον* neque minus *διὰ τὸ αἰσχρόν* atque gradu comparativo *ἐκ τοῦ αἰσχίονος* VI, 10,2, *διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν* I, 69,3, *τὸ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα* III, 82,4, *τὸ ἄπιστον*, diffidentia, VIII, 66,5, *ἐν τῷ ἐκείνων ἀπρεπεῖ*, cum illorum dedecore, V, 46,1, aut cum genetivo possessivo copulatum *τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσοιται* VI, 11,6, *ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης* II, 61,2, sicut reperitur superlat. *ἐν τῷ ἀσθενεστάρῳ* III, 52,3, *δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων* III, 38,5, *οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον* V, 105,3, *ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας* II, 44,4, *τὸ βραδὺ μὴ αἰσχύνεσθε* I, 84,1, *τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης* IV, 63,1, *τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει* II, 64,5. Itidem *τὸ κακόν* sescenties omnibus legitur casibus, dandi casu, cuius num. pl. extat, non observato, iungiturque etiam cum genet. III, 64,4, *ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὔθεσθε*.

Jam vide reliqua II, 38,1, *τῶν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρον ἐκπλήσσει*, III, 83,3, *μὴ ἐκ τοῦ πολυτρόπου αὐτῶν τῆς*

γνώμης φθάσωσι προεπιβουλευόμενοι, ubi in nomin. *τὸ πολύτροπον* versutiae inest notio, II, 62,5, *ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος,* I, 90,2, *τὸ ὕποπτον τῆς γνώμης,* quocum compares I, 102,4, *τινὸς ὑπόπτου γενομένου* et VI, 85,3, *ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ὑπόπτῳ, τὸ φαῦλον* VI, 18,6. Attamen hisce nominibus abstractis Thucydides identidem utitur idque illius discriminis habita ratione, quod iam supra a nobis sat copiose expositum est. Huius generis sunt *αἰσχύνη* (cum *αἶσχος* prorsus desit), *ἀπιστία, ἀσθένεια, ἀτοπία, ἀφροσύνη, βραδυτής, κακότης* vel *κακία, λύπη, ὑποψία,* cnm alia vocabb. derivanda a dicendi usu nostri auctoris — ut videtur — omnino aliena sint. Hic ea non praeteream silentio adiectiva, quibus minus hominum animus, quam rei status indicatur, cuiusmodi usum, etsi ex parte etiam aliorum est scriptorum, tamen apud Thucydidem tam frequentem esse novimus, ut, quotiescunque dictiones substantivi vim naturamque habent, peculiari colore Thucydideo fucatae esse videantur. Hisce adnumerare possis, nisi cui audacius nimisque temere agere videar, me quidem iam supra similia attulisse existumanti, ea potissimum adiectiva, quibus rerum qualitas sensu quodam proprio exprimitur.

Consociationes autem, quas dico, sunt hae: *τὸ ἀβροδίαιτον* I, 6,3, *τὸ ἀγαθόν* millies omnibus et casibus numerisque vel numeri dualis *δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι* IV, 28,5, et cum genet. *ἐπὶ ἀγαθῷ καὶ ἐλευθερίᾳ τῆς πόλεως* IV, 114,3, *τῷ ἀδοκήτῳ* et *ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου* saepe, *τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον* II, 61,3, *τὸ ἀκίνδυνον,* securitas, V, 16., *τὸ πάνυ ἀκριβές* VI, 18,6, *τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ* V, 99,1, *ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου* III, 83,2, *τὸ ἀνθρώπειον* persaepe, *τὸ ἀντίπαλον,* virium aequabilitas, IV, 92,4, *διὰ τὸ ἀξύμβατον* III, 46,3, *μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου* VIII, 50,2, *τὸ ἄπορον τῆς ὁδοῦ* IV, 127,2, *τὸ ἄπραγμον* II, 63,3, *τὸ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος* IV, 62,4, *διὰ τὸ ἀστέγαστον* VII, 87,1, *τὸ ἀσφαλές* omnibus numeri sing. casibus et iunctum cum praepositt. *ἀπό, ἐκ, ἐν, ἐς, παρά.* Itemque sine ullo discrimine, ut completum proponam indicem, *τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώματος* II, 42,4, atque genetivus *τοῦ ἀφανοῦς τούτου* IV, 63, *πολὺ*

τὸ ἀφύλακτον III, 30,2, τῆς διανοίας τὸ βέβαιον II, 89,6 et ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου, τὸ δεινόν omnibus omnino in libris ac numeris casibusque ubi dativum num. plur. dumtaxat cum ἐπί vel ἐν positum esse animadvertas; nec desunt dictiones, velut ἐπικρεμασθέντος δεινοῦ III, 40,7, aut τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν IV, 10,1. Porro τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας VI, 16,2, τοῦ χωρίου τὸ δυσέμβατον IV, 10,3, τοῦ ἡλίου ἐκλιπές, τὸ ἐλεύθερον, libertas, II, 43,4, sicuti dativus τῷ ἐλευθέρῳ V, 99, τὸ αὐτῶν ἐνδεές III, 83,3 et τοῦ ἐνδεοῦς I, 77,3, τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου V, 66,4, κατὰ τὸ ἐπιχώριον VI, 27,1, διὰ τὸ ἔρημον V, 7,5, τὸ εὔδαιμον II, 43,4, διὰ τὸ εὔπορον τῆς ἐλπίδος VIII, 48,3, τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης, τοῦ λόγου I, 39,2 et III, 38,2, τὸ εὐτυχές V, 109, τῷ ἡσυχίῳ τῆς εἰρήνης, dulcedine pacis, I, 126,3, τὸ ἧσυχον VI, 18,3, ἐν τῷ θαρσαλέῳ II, 51,6, τὸ ἴσον, ius aequum, I, 34,2, τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, τὸ καλόν modo hic modo illic, neque insolitum est ἐν μὲν τῷ σφετέρῳ καλῷ V, 46,1, περὶ τοῦ πλείονος ἤδη καλοῦ VII, 71,1, τὸ κατάδηλον IV, 123,2, ἐν τῷ κοίλῳ τοῦ λιμένος, in sinu portus, VII, 52,2. Quam dictionum multitudinem permagnam esse me quidem non fugit, altamen hanc partem penitus perscrutari mihi proposui, quamvis adeo, ut huius generis natura fiat luculentissima, enumeratio quaedam animos reddens languidos fessosque sit necessaria, cuius siccitas nullo modo quasi irrigari queat. Huc pertinent μὴ τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε II, 60,4, κατὰ τὸ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου προσβαίνων IV, 36,2, διὰ τὸ λεπτόγεων I, 2,5, τὸ λιμνῶδες τοῦ Στρυμόνος V, 7,4, μέγρι μέσου ἡμέρας III, 80,2 et τὰ μέσα τῶν πολιτῶν III, 82,8, τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν I, 22, τῆς γνώμης τῷ ξυγγενεῖ V, 108,1, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἀμίλλης VII, 71,3, τὸ ξυνώμοτον, societas, II, 74,3, κατὰ τὸ οἰκεῖον pariterque κατὰ τὸ ὅμορον identidem, τὸ ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη III, 82,4, ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς VI, 24,2, ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδεοῦς VI, 59, neque aliter πρὸς τὸ παραχρῆμα περιδεές VIII, 1,4, ὑπὸ τοῦ περιχαροῦς τῆς νίκης VII, 73,2 et dat. τῷ παραχρ . . . περιχαρεῖ II, 51,6. Jamiam accedimus ad postrema: τῷ ἐκείνων πολεμίῳ III,

56,3, *τῶν γενομένων τὸ σαφές* I, 22,4, *τῆς ῥᾳστώνης τὸ τερπνόν* I, 120,4, *τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρόν* I, 102,3, *τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαίρεσθαι* I, 42,4, *τὸ φοβερὸν εὖ τίθεσθαι* IV, 61,6, *τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ* (scil. *λόγου*) *ἀπωθεῖσθαι* III, 44,4, quocum conferatur *τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν* III, 56,3, cum alibi, V, 98,1, *τὸ ὑμῖν χρήσιμον* inveniamus, quae quidem notio inest etiam in *τὸ ὠφέλιμον* I, 76,1. III, 56,7, unde pendet dativus, non genetivus.

In omnibus vero quae congessimus exemplis prope semper, prout est loci sententia, etiam nomina abstr. possunt usurpari et quamquam haud ignoro, hic non numeranda sed ponderanda esse exempla, tamen quae est immensa huius materiae copia, illa, quae clariorem discrepantiae speciem prae se ferre mihi videantur, diligenter conquisivi atque haec repperi: *ἀκρίβεια, ἀνάγκη, ἀπορία, ἀπραγμοσύνη, ἀσφάλεια, ἀφάνεια, βεβαιότης, δεινότης, ἐλευθερία, ἔνδεια, ἐπιμέλεια, ἐρημία, εὐδαιμονία, εὐπορία, εὐπρέπεια, εὐτυχία, ἡσυχία, θάρσος* vel *θάρσησις, κάλλος, ξυγγένεια, ξυνωμοσία, οἰκειότης, τέρψις, τόλμα, φόβος*. Neque hoc loco omittendum arbitror, quod Poppo[1]) contendit, illis adiectivis, quae et mentis animique habitum, cogitationem, affectum denotent et rei hominisve statum illustrent, subinde adnecti posse alterum adiectivum, quo notio, quae in singillatim specialiterque loquendo argumentum concludat, utique aliquanto dilatetur.

Eiusmodi sunt: I, 37,4, *τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον* (num. plur. I, 71,3, *τὰ ἀκίνητα νόμιμα*), II, 22,3, *κατὰ τὸ παλαιὸν ξυμμαχικόν* (num. plur. II, 37 *πρὸς τὰ ἴδια διάφορα* iterumque sine peculiari discrepantia IV, 79,2 *τὰ παλαιὰ διάφορα τῶν Ἀθηναίων*), IV, 120,3, *περὶ τοῦ φανερῶς οἰκείου ἀγαθοῦ* ibidemque 128,5. num. plur. *τῶν ἀναγκαίων ξυμφόρων*[2]), V, 68,2, *διὰ τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες*, (V, 90 *τὸ κοινὸν ἀγαθόν*) VI, 34,4, *τὸ ξύνηθες ἥσυχον* eodemque in libro 55,3, *διὰ τὸ πρότερον ξύνηθες φοβερόν*. Plura, quamvis animum valde attenderim

[1]) Poppo, prolegg. t. I. p. 168.

[2]) Legitur tamen in bonis codd. etiam *ξυμφορῶν*. Cfr. Popponis edit.

non inveni equidem, sed ea paullo adaugeri posse contendere non dubito.

Nunc, antequam ad alia pergam, quid discriminis inter substantiva abstr. atque adiectiva illa intersit, quam paucissimis repetam.

1) Nomina generaliter adhibentur (ohne beziehung auf einen besonderen fall), specialiter adiectiva. Ut exemplis utar, *τὸ δεινόν* est periculum, quod certo tempori vel certis hominibus imminet, rerum dumtaxat positarum ratione in praesentia habita, *ἡ δεινότης* autem generatim notionem continet subiectivam, quae animo capessenda est ut VIII, 68,2, *ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος*, *πίστις* est ars egregia, fides, cum vocabulo *τὸ πιστόν* ea cogitandi, sentiendi, agendi ratio significetur, quae arte illa, fide, efficitur. Valet igitur *ἡ πίστις* i. q. fides et *τὸ πιστόν* agendi modum ex fide prodeuntem designat (das redliche gebaren). Tum *ἡ ἀσφάλεια* nihil nisi securitatem declarat, *τὸ ἀσφαλές* statum securum, qui illinc evadit. Porro *ἡ προθυμία* est animi alacritas, *τὸ πρόθυμον* studium factis vel exprimendum vel expressum, quam secundum rationem voces consimiles distinguas.

2) Nonnunquam autem[1]) Thucydides talia adiectiva etiam articulo addito universe loquens usurpavit, quatenus quidem nominibus abstractis indoles, quae in eis inesse solet, usu abstersa est, ita ut in tali conditione ista universitas in ipsa transeat adiectiva. Itaque VI, 18,3, scripta legimus haecce: *καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ὑμῖν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσυχον, εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐς τὸ ὁμοῖον μεταλήψεσθε*: neque vobis eadem ratione atque aliis tranquillum ipsum contemplandum est nisi . . . ." Videlicet auctor non pacis tranquillitatem (de qua subinde agitur verbis *τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν*) qua tunc Athenienses fruebantur, *τὸ ἥσυχον* dixit, sed potius tranquillitatis notionem prorsus generatim expressit. Huc quoque referendus est locus VI, 34,4. Atque hoc genus nulla ex caussa

[1]) cfr. Philolog. XXIV p. 676.

alia exstitit, nisi quod substantivi abstracti *ἡσυχία* notio universalis intercidit, cuius locum adiectivi neutrum occupavit, quemadmodum iam Herbstius iudicavit his usus verbis: „Hat ein abstraktes substantivum im gebrauche diese abstraktion verloren und ist gegenständlich geworden, so sieht sich der schriftsteller in diesen nicht gerade häufigen fällen, um dennoch den abstrakten begriff auszudrücken, zu dem neutrum des adjektivs gedrängt," in quorum nominum numero etiam *μέλλησις* habet, praeter multos locos alios etiam afferens V, 66,2, *διὰ βραχείας γὰρ μελλήσεως ἡ παρασκευὴ αὐτοῖς ἐγίγνετο*, unde factum colligit, ut Thucydidi universe loquenti *τὸ βραδὺ καὶ τὸ μέλλον* I, 84,1 scribendum fucrit. De ipso autem usu adiectivorum neutralium hoc tenendum est, ea plerumque numero singulari et quidem casu nominativo et accusativo, nec raro dandi, minus gignendi casu inveniri; aut pronomen possessivum vel genetivum tam subiectivum quam obiectivum atque adeo alterum adiectivum adsciscere.

Reliquum est ut perquam breviter usum quendam adiectivorum ab hoc, de quo egimus, dicendi genere plane abhorrentem attingam. Quem usum, etsi eo nulli abstinuerunt scriptores, tamen ampliorem apud Thucydidem reperimus. In animo habeo illa adiectiva, quibus hominum quaedam universitas indicatur.[1]) Secundum alphabetum fere haec sunt: *τὸ ἀνθρώπειον* (nonnunquam i. q. homines), *τὸ ἀντίπαλον*, *τὸ βαρβαρικόν*, *τὸ δημόσιον*, *πᾶν τὸ ἐναντίον* = *ἐναντίοι*, *τὸ ἐπικουρικόν*, *πᾶν τὸ ἠπειρωτικόν*, *τὸ ἱππικόν*, *τὸ κοινόν*, *τὸ κράτιστον* (flos, veluti *Λημνίων καὶ Ἰμβρίων τὸ κράτιστον* V, 8), *τὸ λοιπόν*, *τὸ ναυτικόν*, *τὸ νησιωτικόν*, *τὸ ξυμμαχικόν* (ut *ἡγεμόνα τοῦ παντὸς ξυμπαχικοῦ αἱροῦνται Δημοσθένη* III, 107,2), *τὸ ὁπλιτικόν*, *τὸ πολιτικόν*, *τὸ πρεσβύτερον* (seniores V, 64,3), *κατὰ τὸ στασιωτικόν* i. e. seditiosorum more, *τὸ στρατιωτικόν*, *τὸ ὑπόλοιπον* (reliqui), *τὸ ὑπήκοον*, *τὸ φρουρικόν*. Sed haec hactenus.

Jam hac tota materia copiosius pertractata ad secun-

[1]) Cfr. Bernhardyi wissenschaftl. synt. der gr. Spr. Berol. 1829 pg. 326 et Popponis Prolegg. I, 1,168.

dam dissertationis partem transgrediar, in qua de participiis a Thucydide in modum substantivorum adhibitis disputabo.

II. De participiis substantivorum instar usurpatis.

Participium plus minusve semper ita usurpatur, ut verbum ad substantivorum naturam adscendat, neque ulla in lingua desint exempla substantivorum, quae quodque notionis verbalis vestigium extinxerint.

Conferas e lingua theodisca freund, heiland, ex latina adulescens, oriens, rudens, e francogallica l'ascendant, le revenant, ex anglica the being, the lightning, ex hebraica בָּרוּחַ, e polonica podróżujący.[1] Sed meum esse puto omnes huiusmodi locos depromere atque ea, quam probo, interpretatione explanare. Ordo autem, quo singula tradam si cui ex arbitrio, nec ulla norma certa factus videatur, re accuratius inspecta, universus certis suis normis sat conveniens invenietur, nisi quod unum alterumve exemplum loco commodiori poni potuisse haud aegre concedam. Egerunt vero hac de re Wyttenbachius ad Plutarch. t. VI. p. 533. 980., Franciscus Vigerus „de praecipuis graecae dictionis idiotismis," Augustus Matthiaeus Gr. gr. § 271, E. F. Poppo, Prolegg. I, 1, p. 100., G. Bernhardyus „wissenschaftl. syntax der gr. spr." p. 327, Fridericus Haasius „lucubrationes Thucydidiae" p. 38 sq., alii. Non est ignotum, participia genere aut masculino, velut *οἱ προδιδόντες, ὁ περιέχων*, aër, aut feminino, ut *ἡ αἴθουσα, αἱ Μοῦσαι*,[2] aut neutro posita apud omnes fere rerum graecarum scriptores aliquotiens vim substantivi habere, quamvis postrema apud Plutarchum et Thucydidem saepissime invenias. Ab hoc autem genere ordientibus locus Aeschyli Eum. 686 nobis primus occur-

[1] Fere idem valet atque Thucydideum *οἱ ἀφικνούμενοι* et nostratium „die reisenden".

[2] „*Μοῦσαι* von *μάω* in der doppelten bedeutung des aufstrebenden hauches und geistes." Prellerus, gr. mythologie I. p. 279. Aliter Geo. Curtius, gr. etymologie p. II (ed. pr).

rit, *τὸ μητ' ἄναρχον, μήτε δεσποτούμενον*, tum Sophoclis Trach. 196. *τὸ γὰρ ποθοῦν*[1] *ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων*, quocum confer locum similem Oed. Col. 1220, cum pleraque huiusmodi participia apud tragicos fabulae Euripidis exhibeant, v. c. *τὸ βουλόμενον, τὸ θυμούμενον, τὸ νικῶν, τὸ ἐκλαλοῦν*, alia. Raro his participiis utitur Plato, rarius Demosthenes, Xenophon, Aeschines, Aristoteles, sed eadem Plutarchus, Dionysius Halicarnassensis, Lucianus tantopere frequentarunt, ut ea nonnunquam quidem haud inepte, plurimum vero sine illa Thucydidis elocutionis mirum quantum, ut ita dicam, acuminatae venustate posita animadvertas. Neque admodum prudens mihi videtur opinio Henrici Hoogeveeni[2] nullius caussae ratione habita verbis siccissimis, tamquam regulas pro pueris proponeret, sic sentientis: „Participium neutrius generis praefixo articulo pro substantivo velut *τὸ μέλλον* pro *μέλλησις* usurpatur." Atque compluribus exemplis prolatis ita pergit: „Imo cum genetivo coniungitur ut Thucydideum illud *καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται*" „et instans belli periculum abhucdum incertum est." Quid? num participium cum articulo coniunctum etiam adiectivum subsequi potest? Et cum quonam genetivo iuncta sunt ista participia? cum subiecti (vel si mavis caussae) aut obiecti genetivo? Minime gentium. Cuncta enim participia praefixo articulo actionis qualitatem, quae eis inest, solum adverbio apposito indicare neque unquam adiectivum adsciscere possunt, atque genetivo participio succedere nequit, nisi vim habeat subiectivam. Hanc tamen explanandi rationem nolo pro nova et inaudita venditare, nam modo Fridericum Haasium, qui in commentatione iam supra memorata similia proposuit, ducem secutus sum, nec Ludovici Herbstii[3] annotationem mihi praetermittendam esse duxi. Etenim difficultates paucorum locorum, qui huic explicationi obstare videantur, velut III, 43,4: *χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι ἡμᾶς περαιτέρω*

[1]) Vid. locum in editione a Schneidew. instituta.

[2]) Viger. ed. Fr. Hoogeveen. Lugduni Batav. 1752. p. 288a.

[3]) Philolog. XXIV p. 715.

προνοοῦντες λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων et II, 35,2: μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι ἐς ὅσον καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν et nonnullorum aliorum, quos mihi quidem observare licuit (de quibus sub finem huius disquisitionis agam) tam prospere sublatae sunt ut vix quisquam dissentire conetur. Pro ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι Haasius nulla litera aut addita aut omissa aut immutata ἀξιοῦν τι sagaciter coniecit (quae coniectura, ut consentaneum erat, ab omnibus fere editoribus comprobata est) sententiamque ita vertit: oportet nos, cum summa commoda aguntur, vel etiam in isto vestro more hoc a nobis ipsos exigere, ut aliquanto longius prospicientes verba faciamus. Altero in loco genetivum αὐτῶν esse partitivum Kruegerus, Godofr. Boehmius, Classenius recte senserunt, sed Ludovici Herbstii, quam mirifico vertatur gyro, non videntis interpretationem me vel summa contentione adhibita non intellexisse fateor.[1]) Fieri vero non posse, ut αὐτῶν genetivum obiectivum esse censeamus, sicut Henricus Krahnerus in commentatione, quae inscribitur „erklaerung des epitaphios bei Thukydides c. 35—46 als praktischer beitrag" e. q. s. (Philolog. X. p. 432—521) nobis praecepit, tamquamsi τὸ ὑπερβάλλον ut quodque substantivum verbale tractari possit, Herbstius recte animadvertit, simul is quidem addens, apud omnes auctores cum verbo ὑπερβάλλειν, (ubi idem sonet atque superare) talem genetivum iunctum deprehendi, qualem Henr. Krahnerus hic confinxerit.

Jam ad horum participiorum numeros et casus transgrediens, qui inveniri solent, me non errare existumo, cum numerum tam singularem quam pluralem reperiri contendam, et illius quidem numeri casus omnes extare, huius vero genetivum et dativum vel nunquam vel

[1]) Philolog. p. 715 extr. Omnino Herbstius, quantum ad eius commentationem spectat, in aedibus potius diruendis quam exstruendis studium collocasse mihi videtur, ut illud „ῥᾷον μωμᾶσθαι ἢ μιμεῖσθαι" rationen Herbstianam omnia expiscandi reprehendendique perpendenti nonnunquam veniat in mentem.

perraro (ubi plerumque sensus propter eandem formam generis et masc. et neutr. anceps est) observari. Namque copulationes veluti I, 22,4 *τῶν γενομένων τὸ σαφὲς καὶ τῶν μελλόντων*, I, 132,2, *ἴσος εἶναι τοῖς παροῦσιν*. II, 84,3, *οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν παραγγελλομένων οὔτε τῶν κελευστῶν, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων*, aliae, propterea ad nostram animadversionem non pertinent, quod aut notiones continent temporales, quibus casum alium adiungere plerumque non licuit (prorsus differt *τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης*), aut solam prae se ferunt rationem collectivam, sicut in secundo, quod supra attuli, exemplo. Evidentia igitur participia, in quibus verbum ad substantivi naturam evehitur, potissimum ea sunt, quibus notionis, ut ita dicam, aeternitas comprehendatur et „agendi subitus modus extendatur et quasi consistat.“ [1]) Atque hinc numerus ille singularis, quem inprimis nominis substantivi speciem induere posse haud facile negaveris. Ut autem hoc dicendi genus quam maxime cognoscatur, operae pretium esse nobis videtur, omnia illa participia, quibus auctor substantivorum vice uti voluit, hoc loco enumerare, quoniam id, quod sciam, nondum usquam factum est. Dupliciter vero (nec diverse ab adiectivorum consuetudine) haec participia usurpantur et ut rei cuius vel status vel qualitas collustretur et ad animi affectiones mentisque cogitationes adumbrandas. Quae ad animum mentemque spectant, primum apponam. Sunt fere I, 36,1, *γνώτω τὸ δεδιὸς αὐτοῦ, ἰσχὺν ἔχον, τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον*. Substantivum *δέος*, quo auctor noster utitur creberrime, cum genetivo subiectivo non consociatum esse suspicor, quippe cum ubique alibi modo genetivum obiectivum reperiamus. Neque ita multo post leginus *τὸ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου*, ubi genetivus ex *τὸ θαρσοῦν* pendet, quamvis sententia genetivo absoluto appropinquet. Adde I, 84,1, *τὸ βραδὺ καὶ τὸ μέλλον μὴ αἰσχύνησθε*, I, 90,2, *τὸ βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες*, I, 142,8, *ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται*. Liber secundus hasce

[1]) Haasius, lucubr. Thuc. p. 38.

offert consociationes: II, 59,3, *ἀπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς ὀργῆς*, 61,2, *τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ, τῆς δὲ ὠφελείας ἄπεστιν ἔτι ἡ δούλωσις ἅπασιν*, 87,3, *τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθέν* (*χωρῆσαι ἐπὶ τὸ νικώμενον* legitur V, 73,2). Porro huc referas III, 10, *ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης καὶ αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων καθίστανται*, III, 43,4, ubi quidem secundum Haasii et Kruegeri sollers iudicium (vid. supra) *ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦν τι*[1]) nunc legitur, IV, 18,4, *διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι*, V, 9,6, *τὸ ἀνειμένον τῆς γνώμης*, remissio opinionis, VII, 68,1, *ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον*.[2])

Jam ad alterum genus multo uberius nos convertamus: I, 42,2, *τὸ μέλλον τοῦ πολέμου ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται* et in num. plur. V, 113,1, *τὰ μέλλοντα τῶν ὁρωμένων σαφέστερα κρίνετε*. Omnino *τὸ μέλλον* et *τὰ μέλλοντα* aut cum genetivo aut sine eo cunctis casibus, si a dativo numeri et singularis et pluralis discesseris, coniuncta sunt. Sed via inita pergamus depromentes II, 13,7, *αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον*, II, 15,3, *τὸ πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον*, II, 35,2, *τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσι* (de genet. *αὐτῶν* iam supra disputavimus) II, 61,3, *τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον*, II, 63,1, *τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ*[3]) *βοηθεῖν*, II, 76, *τὸ διῃρημένον* (eademque vox cum genetivo iuncta est V, 3,2, *κατὰ τὸ διῃρημένον τοῦ παλαιοῦ τείχους*), ibid. *ἐπὶ τὸ κενούμενον*, II, 79,7, *ἀναχωροῦσι τῷ περιόντι τοῦ στρατοῦ*, cum reliquiis exercitus redeunt; similiter VI, 55,3, *πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς κατεκράτησε*, ubi *τὸ περιόν* ad notionem abundantiae accedit; II, 76,4, *τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς*, nec raro *ὁ προὔχων* et *οἱ προὔχοντες* inveniuntur. II, 87,3 *τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι* — abundant formae

---

[1]) Betantius in lexico Thucydideo Genevae 1843 edito Haasii sententiam anno 1841 divulgatam non respexit, sed vertit *τὸ ἀξιοῦν* cupiditas. Vid. t. I. p. 108.

[2]) Verbum *θυμεῖσθαι* alibi a Thucydide non usurpatur.

[3]) Gast. de Thucyd. oratione. Grimae 1870. p. 9: „*τὸ τιμώμενον τῆς πόλεως* die geehrte stellung der stadt (proprie dasjenige an der stadt, was geehrt wird, diejenige beziehung der stadt, in der sie geehrt wird).“

τὸ ἀποβαῖνον atque τὸ ἀποβάν[1]) vice substantivorum pariterque omnibus casibus obliquis, nisi quod dativus numeri pluralis deest. Locum III, 26,3, ἐδήωσαν τῆς Ἀττικῆς τὰ πρότερον τετμημένα, quamquam de participiis num. plur. mihi infra demum agendum erit, hic iam attuli, quoniam vis substantivi inde patet, quod ex v. τὰ πρότερον κτλ. genetivus pendet. Praeterea apponam III, 38,4, τὸ ἀκουσθέν, τὸ δρασθέν, III, 107,3, κατὰ τὸ ὑπερέχον τῶν ἐναντίων, IV, 36,2, κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου προσβαίνων, ubi non solum τὸ παρεῖκον, verum etiam τὸ κρημνῶδες substantivi instar usurpatum esse facile perspicies; IV, 39,2 τοῖς ἐσπλέουσι λάθρα διετρέφοντο, eis quae clandestino advecta erant, vescebantur, quemodmodum alibi τὸ σῖτος ἐσπλεῖ plenius dictum est; V, 9,4, ἀπὸ τοῦ παραταχθέντος acie contra instructa, ibid. § 6. τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος τὴν διάνοιαν ἔχουσιν. „Quo loco, ait Fridericus Haasius l. c. p. 40, non quadam variandae orationis libidine, sed subtili quadam verissimaque ratione τοῦ μένοντος scriptum esse pro τοῦ μένειν facile est intellectu; est enim fere idem ac si latine dicas: magis ut evadant quam ut manentes sint, cogitant. Cur igitur Bernhardyus[2]) hoc ipsum exemplum tam insolitum iudicaverit ut nos doceret: „besonders braucht Thuc. solche participia als τὸ μέλλον, τὸ δεδιός, sogar τοῦ ὑπαπιέναι ἢ τοῦ μένοντος“ non intellego, quoniam talis collocatio infinitivi τοῦ ὑπαπιέναι et participii nominis instar usurpati τοῦ μένοντος eodem modo extare potest, atque adiectivi neutrum cum mero substantivo iungitur, id quod supra identidem nobis occurrit. — Adhibe porro V, 59,2, τὰ ἑαυτῶν δηούμενα, V, 66,4, τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου πολλοῖς προσήκει, quin etiam VII, 71,3, ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως, cum copulationes μετά et ἐκ τοῦ δρωμένου identidem reperiantur. De ὁ δράσας vocibusque similibus infra, hac dissertatione exeunte, disseremus. Hic adiciam V, 72,3, κατὰ τὸ διάκενον καὶ οὐ ξυγκλησθέν, V, 73,1, τὸ δεξιὸν τῶν Λακεδαιμονίων ἐκυκλοῦντο τῷ περιέχοντι σφῶν τοὺς Ἀθηναίους, nam substantivo

[1]) Similiter Cicero identidem eventa dixit.

[2]) Bernhardyus, l. c. p. 327.

περιουσία alibi posito, nisi fallor egregie, apud Thucydidem rerum copia significatur; V, 104 τῷ ἐλλείποντι τῆς δυνάμεως neque aliter VI, 69, τῷ ἐλλείποντι αὐτῆς (intell. ἀνδρείας) καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προὐδίδοσαν, V, 106,1, πιστεύομεν τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν (τὸ ξυμφέρον omnibus numeri singularis casibus saepenumero deprehenditur, nec. vero genet. et dativ. numeri pluralis); VI, 24,3, τοῦ ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξηρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς. Recte Poppo prolegg. I, 1, p. 100 Dionysii temeritatem vituperat illa verba, ut in Thucydide aliquid reprehendat, sic afferentis: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ μὲν βουλόμενον οὐκ ἐφηρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους κτέ.[1]) Reliqua sunt VI, 34,5, εἰ τῷ ταχυναυτοῦντι ἀθροωτέρῳ κουφίσαντες προσβάλοιεν, ubi τὸ ταχυναυτοῦν bene vertit Betantius „pars classis expedita;“ VI, 35,1 ὀλίγον ἦν τὸ πιστεῦον τῷ Ἑρμοκράτει, VI, 85,3, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν καθίστασθαι, 89,4, πᾶν τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι δῆμος ὠνόμασται, ubi duo habes participia substantivis haud dissimilia, quorum alterum cum πᾶς et articulo iunctum, alterum multo gravius quam τῇ δυναστείᾳ dictum est; VII, 43,7 διὰ παντὸς τοῦ μήπου μεμαχημένου τῶν ἐναντίων ὡς τάχιστα διελθεῖν, quae dictio crebro extat, sicut omnino Thucydidis (fr. Classenii praef. p. 75 not. 77) aliquot copulationes crebro redeuntes, quas haud incommode sibi finxit, propriae sunt, veluti μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσι, ὕπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν aliaque huius generis fere ἔπεα πτερόεντα. — Accedunt VII, 71,3, οἱ ἐπὶ τὸ ἡσσώνμενον βλέψαντες, VIII, 25,4, cum genet. ὡς ἑώρων τὸ ἄλλο σφῶν ἡσσώμενον, VIII, 83,4, τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον, ἔμελλον πορεύσεσθαι, quam notionem Thucydides diversissimis exprimit vocabulis, uti ἡσυχία, τὸ ἥσυχον, τὸ ἡσύχιον, forma quidem loco suo accommodata.

[1]) Ut unicuique temporibus recentissimis inter nostrates extitit laudator fautorque, sic nuperrime etiam Dionysii Halicarnassensis patrocinium Fridericus Blassius suscepit, in libro, qui inscribitur: „die grioch. beredsamkeit in dem zeitraum von Alexand. bis auf August“ p. 186 sqq. perperam id contendens laboransque, ut quae ex Popponis ac Kruegeri aetate iure in Dionysio reprehensa sint, refellat detergeatque, plus minusve Reiskii ingressus vestigiis, cuius iudicium Poppo I, 1,87 repetiit.

Adde insuper VIII, 85,3, *τὸ ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος ἐς τὸ κοινόν*, pro quo substantivum *ἡ ἄθροισις* VI, 26, legimus, eademque ex paragrapho *τὸ διεκλαπέν*, ubi *τοῦ στρατεύματος* mente concipiendum est. Finem autem huius perscrutationis coronet locus VIII, 66,2, *ὁρῶν τὸ πολὺ ξυνεστηκός*, quoo paullo ante forma *οἱ ξυνεστῶτες* dictum esse Aug. Matthiaeus gramm. gr. t. II. p. 832 recte observavit. Cui generi simillima sunt illa neutra, quae tum complexiva, [1]) tum collectiva a grammaticis appellantur, utpote quibus quaedam personarum multitudo plerumque contineatur, quae in sententiis potissimum universalibus neutro vel adiectivi vel participii aptissime indicatur. Exemplum est III, 39,5, *πέφυκε ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν*, ubi auctor *τὸ θεραπεῦον* et *τὸ ὑπεῖκον*, non *τοὺς θεραπεύοντας* et *τοὺς ὑπείκοντας* dixit, quoniam Cleon verba illa faciens ante omnia agendi habet rationem, eius vero nihil interest, utrum hi, an illi homines agant, siquidem agitur, agunt homines. Eodem modo dictum est III, 11,1, *πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον*, neque aliter IV, 61,5, *πέφυκε τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴκοντος, φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν*. Huc quoque relatum volo IV, 19,3, *πεφύκασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι μεθ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν*, ubi Classenio *τοῖς ἐνδοῦσιν* masculinum esse existumanti non prorsus assentiri possum et oppositione *τὸ οὐδέτερον γένος* poscente et tali dativo plurali generis neutrius, etsi rarissimo, non plane deficiente. Cfr. I, 140 *τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασι βοηθεῖν*. Attamen cum genetivo hic dativus coniungi nequit. —

Sed iam ad ea transeam participia, quae a nullo auctore graeco aliena sunt et in quaque lingua alias saepius, rarius alias usurpantur.

Secundum alphabetum haec habe: *τὰ ἀγγελλόμενα, ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις, τὰ ἀμφισβητούμενα, πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα, τὸ γιγνόμενον, γενησόμενον, γεγενημένον, γενόμενον* (omnibus omni-

[1]) Classen, lib. III. p. 61.

no casibus praeter genet. et dativ. numeri plur.), *τὸ δέον, τὰ δέοντα* (plerumque cum *φράζειν, γιγνώσκειν, πράττειν*), *τὰ διαφέροντα*, etiam genetivo absoluto I, 70, *μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων*, sed *τοῖς διαφέρουσιν* haud extat. Adde *τὸ δοκοῦν, παρὰ τὸ δοκοῦν, τὰ δεδογμένα, τοῖς δόξασιν* (vid. supra), *τὸ εἰκός* et cum praepositionibus *ἐκ, κατά, παρά*, et sine eis, *παρὰ* et *κατὰ τὸ εἰωθός, ἀνάγκη ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν* I, 7,2, genetivo *τῆς τέχνης* ex *τὰ ἐπιγ . . . .* pendente; *κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ Δημοσθένους* IV, 8,4 ut verbo praepositio *ὑπό* addita est, non merus genetivus, cum sescenties *τὰ ἐπεσταλμένα, τὰ ἐπισταλέντα* idem significent quod *ἡ ἐπιστολή*. Jam vide reliqua: *τὰ κεκηρυγμένα, τὸ ξυγκείμενον* ac plur. *τὰ ξυγκείμενα* plerumque cum *ἐκ, πρός* (c. dat.), *κατά* iuncta, *παρὰ τὰ μνημονευόμενα, τὰ παραγγελλόμενα* nec minus genet. *οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν παραγγελλομένων οὔτε τῶν κελευστῶν* et persaepe de ducum imperatis dicitur *ἐς τὰ παραγγελλόμενα ἰέναι*. Atque porro quidem *ἀπ' αὐτῶν τῶν παραιτουμένων, πρὸς τὸ παρατυγχάνον* itemque *ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἐν τῷ παρατυχόντι, τὰ προγεγενημένα, τὰ προειργασμένα, τὸ ὑπάρχον* et imprimis *τὰ ὑπάρχοντα* cuius dativo eodem modo Th. non utitur ac memoratu dignus est locus V, 103 init. *τοῖς ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναρριπτοῦσιν, τὰ ἐψηφισμένα μὴ λύειν*. Restat ut, quae prius paucis perstrinxi, — de participiis loquor quae generis masculini articulum gerunt in fronte — addam nonnulla. Quorum etsi ab aliorum auctorum elocutione nihil differunt, tamen ut imago quasi quaedam perfecta sit praesto, mentio fiat atque eandem sequens rationem quam antea observavi, materiam adumbraturus sum, quoniam nonnihil valoris ea re potest proficisci. En habes farraginem! *οἱ ἀδικούμενοι, οἱ ἀποθανόντες, οἱ ἀφικνούμενοι* (similiter in lingua vernacula „die reisenden"), *ὁ βουλόμενος, οἱ διαβάλλοντες, οἱ δυνάμενοι*, optimates, *ὁ ἐντυχών*, quilibet, *οἱ ἐπαγόμενοι, οἱ κεκμηκότες, οἱ προδιδόντες, ὁ τυχών*. Praetermittenda autem participia in genere feminino posita, cum id tantum fiat per ellipsin velut VIII, 8,3, *πρὸς τὰς ἀφορμωμένας τὸν νοῦν ἔχοντες* ubi *ναῦς* subaudiatur necesse est, eaque proferre nec libet nec vacat. Atque ex eis,

quae modo tractavimus luculentissime apparet, in usurpandis eiusmodi participiis curam haud exiguam impensam esse a Thucydide perspicuitati potissimum indulgente neque quidquam habente antiquius quam ut quid quoque loco sibi vellet illustrare atque patefacere studeret.

Nunc autem ad tertiam dissertationis partem transimus, quam quidem et logica ratione et aliis de caussis admodum arcte cum duabus illis expositis cohaerentem nobis videndum est, id agentes ut quatenus Thucydidis frequens usus substantivorum verbalium in — *τής* et — *σις* exeuntium fuerit proprius, exponamus nec minus utrum eis quae critici veteres Dionysius Halicarnassensis atque rhetor Hermogenes de ea re alucinari sibi visi sint, revera insit aliquid veritatis necne. Num erat facultas et fingendi et usurpandi talia vocabula tantum idcirco profecta, quod „*τάχος τῆς σημασίας*“ apud graecos vertebatur honori atque laudi? Aliter sentio. Nimirum Dionysius de illa loquendi ratione atque de eis quae in hunc cadunt finem hocce fert indicium: *στρέφων ἄνω καὶ κάτω καὶ καθ'ἓν ἕκαστον τῶν τῆς φράσεως μορίων ῥινῶν καὶ τορεύων καὶ τοτὲ μὲν λόγον ἐξ ὀνόματος ποιῶν, τοτὲ δ'εἰς ὄνομα συνάγων τὸν λόγον, καὶ νῦν μὲν τὸ ῥηματικὸν ὀνοματικῶς ἐκφέρων, αὖθις δὲ τοὔνομα ῥῆμα ποιῶν καὶ αὐτῶν γε τούτων ἀναστρέφων τὰς χρήσεις κτλ.* ad arbitrium voluntatemque sive potius meram libidinem hoc dicendi genere usum esse Thucydidem ratus, illius acumine aut ob maliguitatem [1]) aut ob stultitiam haudquaquam perspecto. Jam vero rectis etsi caussis non exhaustis rhetor ille Hermogenes illud factum esse duxit ut grave quoddam atque sublime orationis extet exemplar, aut — ut verbis eius utar — [2]) *σεμνὴ λέξις ἥ τε ὀνομαστικὴ καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα. ὀνομαστικὴν δὲ λέγω τήν τε ἀπὸ τῶν ῥημάτων εἰς ὀνόματα πεποιημένην καὶ τὴν διὰ μετοχῶν καὶ ἀντωνυμιῶν καὶ τῶν τοιούτων. ὡς ἐλάχιστα γὰρ ἐν σεμνότητι δεῖ χρῆσθαι τοῖς*

[1]) Sic iudicat Car. Odofr. Mueller: Geschichte der gr. litt. t. II. p. 346. not. 1: Dem Dionys' fehlt zur richtigen beurtheilung des Thukyd. die hauptsache, die strenge wahrheitsliebe der alten.

[2]) Walz, rhett. gr. Hermogenes *περὶ ἰδεῶν* Tom. *ά.* c. 90. init.

ῥήμασιν, ὥσπερ ὁ Θουκυδίδης. σχεδὸν μὲν γὰρ διόλου ἐβούλετο ποιεῖν τοῦτο, καταφανῶς δὲ αὐτὸ ἐν τῇ τῆς στάσεως ἐκφράσει τῶν Κερκυραίων πεποίηκεν. Qua in re imprimis libri III cap. 82 ob oculos eius versatur. Sequuntur autem eum Heilmannus, de ingen. et serm. Thucyd. p. 181 atque Poppo anxie luctatus ne — quod deus avertat — quidquam etsi aliquantillum Thucydidis solius esset proprium ostendensque etiam ab aliis graecis scriptoribus — atque licet modo inveniatur apud Dionem Cassium aut apud Diogenem Laërtium aut nescio quemnam — hoc et illud non fuisse alienum. Atque Classenius quidem praef. LXXVII. et lib. 1. p. 126 substantiva in — *τής* desinentia comparat cum linguae labinae nominibus in — tor formatis ad propensam aliquid faciundi et lubenter et ob consuetudinem significandam voluntatem, a quo non sine iusta caussa dissentit nuperrime Gastius in programmate Grimensi p. 7. Etenim is locis notissimis prolatis I, 70: *οἱ μὲν παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί — ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους* — I, 138 *ἦν Θεμιστοκλῆς τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου εἰκαστής.* — III, 82, *προβουλεύσας δὲ ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσει, τῆς τε ἑταιρίας διαλυτὴς καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπληγμένος* ea substantiva quotiescunque sola per se usurpentur nec coniuncta sint cum verbo *γίγνεσθαι* non solum — quemadmodum Classenius senserit — quid quis agere soleat studeatque exprimere demonstrat, sed quid quis ex animi sui indole atque natura non possit non facere vel agat necesse sit. Quocirca haud male vertuntur talia nomina verbalia, ut innatam hominis voluntatem hoc non illud agendi, tamquamsi animus mutari nequeat, melius ostendi videamus, si forte expresseris velut *τολμηταί* — waghälse, *κινδυνευταί* — kecke naturen, *μελλητaί* — geborene zauderer, *ἀποδημηταί* — leute, die es ins ausland treibt, die es nicht zu hause leidet, *εἰκαστής*, geborener errater, *διαλυτής* — störenfried, zersetzendes element. Contemplantibus autem reliquas voces, quarum forma exit in — *τής*, vocabulorum, quae ad arma spectant, ut *ἀθλητής, ἀκοντιστής, πελταστής*, similia, — ut

par est — ratione non habita, nominibus sequentibus immanentem quasi quandam notionem tribuendam esse placebit i. e. ut extent sola per se, coniunctione cum verbo *γίγνεσθαι* vel *παρέχεσθαι* non inita. Ecce illa, de quibus potissimum agitur: *ἀγωνιστής*, *διαλλακτής*, pacis conciliator, *ἐπιχειρητής* VIII, 96,5, *ἐσηγητής*, *κολυμβητής*, *μηνυτής*, *οἰκιστής*, *πορισταί*, *σωφρονιστής*. Omisi vocabula quae omnium sunt propria et quibus deest — ut ita dicam — color Thucydideus, velut *ἀκροατής*, *θεατής*, *βουλευτής* (senator III, 70,6), *δικαστής*, *ἐραστής*, *ἱκέτης*, *κελευστής*, *κριτής*, *λῃστής*, *πρεσβευτής*, *ὑπερόπτης*, quorum quidem singula, addito verbo *γίγνεσθαι*, pro verbo finito usurpata esse explanabimus, in posterum id differentes. Quod autem attinet ad *κωλυτής* semper huic annectitur *γίγνεσθαι* neque unquam per se ponitur, de qua re infra faciemus verba. Et stabiliri mihi quidem videntur, quae supra coniecit Gastius, ea re, quod Thucydides plerumque, perpaucis exceptis, hac tota substantivorum specie modo de compluribus loquens aut, ut notione utar grammatica, tantum in numero usus est, qui vocatur pluralivo. Namque exceptiones, quas praebent I, 138,3. *Θεμιστοκλῆς τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου εἰκαστής* atque III, 82 *προβουλεύσας δὲ ὅπως μηδὲν αὐτῷ δεήσει, τῆς τε ἑταιρίας διαλυτὴς καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπεπληγμένους* prorsus evanescunt et parvi sunt momenti, cum grandem illam multitudinem elocutionum respexeris ut *ἀποδημηταί*, *διαλλακταί*, aliarumque, quas supra congerere mihi lubuit. Quid plura? At profecto nemo non intellegit haec notio immanens, qualem extare adumbravimus, vocibus in num. pl. collocatis mirum quantum adaugeatur necesse esse, ita ut in orationibus potissimum nomina illa teneant locum, in quibus is qui loquitur alloquitur multos ideoque etiam figuras, exemplaria, personas ponere solet in plurali. Sed haec hactenus.

Aggressuris vero ad alteram conditionem, siquidem v. *γίγνεσθαι* illis appositum est substantivis, aut verbi finiti actionem gravius efferri posse placebit — sicut in lingua vernacula sine discrimine modo „zum verräter

werden“ modo „jem. verraten,“ modo „sich als retter aufwerfen,“ modo „retten“ etc. legitur — aut id agi ut vis verbi non ad tempus valens significetur, sed continuata manensque, ita ut etiam tum eandem illam manentis notionis vim in iis inesse appareat, quam ea sola per se usurpata habere ostendimus. Nam ut quae leguntur III, 59, *σωτῆρα γίγνεσθαί τινος*, III. 40, *προδότην γίγνεσθαί τινος*, I, 132,5 *ἀνὴρ Ἀργίλιος — μηνυτὴς γίγνεται*, I, 35,4 *κωλυταὶ γενήσεσθε*, III, 59, *ἱκέται γιγνόμεθα τῶν πατρῴων τάφων* non solum ad simplicis verbi naturam accedere videntur proxime, sed etiam in his rebus omnino nihil interest, utrum verba vulgaria teneant locum an tales similesque dictiones. Sin vero Classenius[1]) in ea sententia est, ut illis locutionibus impertiri arbitretur maiestatem quasi quandam, toto errat caelo, proinde ac si mero simplicique verbo etsi soli nunquam inesse possit vis dicendi atque robur! Jamiam quod ad alteram spectat sententiam supra promulgatam, re vera, ubi aequa et iusta lance verborum conexum et propriam significationem pensitaverimus, nonnulla ad eam revocanda esse procul dubio versatur.

Promo locum haud raro allatum V, 9,9, *νομίσατε — τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλῆσθαι ἢ Ἀθηναίων τε δούλοις — καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν ἢ πρὶν εἴχετε, τοῖς δὲ λοιποῖς Ἕλλησι κωλυταῖς γενέσθαι ἐλευθερώσεως*, qui latine sic fere vertendus est: scitote hodierno die, cum fortes vos praestiteritis, et libertatem vobis contingere et aut Lacedaemoniorum socios aut servos Atheniensium appellatum iri et duriorem vos perlaturos esse servitutem quam antea et reliquis Graecis liberandi sui fore impedimento. Respicit videlicet dictio *κωλυταῖς γίγνεσθαι* non tempus quoddam illustratque potius hominis notionem, quam in agendi motu versatur: contra notio actionis stabile aliquid ac fixum est non tempore adstrictum nec sub oculos cadens sed sola mentis intentione conceptum ac sempiternum. (Cfr. Haasius

[1]) Classen. lib. I. p. 226.

p. 38). A lingua latina nom. „impeditor“ non plane quidem abhorret, sed ea ratione usurpatam haud facile invenias vocem, quemadmodum omnino substantivis in-tor formatis vigorem aliquem adscribi posse nobis negandum est. Quas autem huc illucve vidimus efformatas orationis formas et arte et acumine, eas iam proxima aetas magna ex parte delevit, donec multo post haec dicendi ratio subolem suscepit degeneratam, quacum dicendi genus supra commemoratum comparare supervacaneum erit.

Jam nostrum est ad usitatiorem — et omnibus antiquitatis graecae scriptoribus et imprimis Thucydidi — illam formam nominum in — σις desinentium transire, quae et sola dicta et persaepe in unam notionem cum verbo ποιεῖσθαι coartata esse non est quod moneam. Attamen ex hac copia numerosissima nonnulla nobis disserenda erunt, qua de re universa aliter sentimus atque Bernhardyus,[1]) quodammodo Dionysii sectator, tulit iudicium: „Man wollte in jenen wortbilduugen (iudicat de nom. in-σις formatis) nur die kraft und das werkzeug ausdrücken, wie namentlich Thukydides in derselben reichen verbalmasse, welche bei allem schein von abstrakten doch ihren zweck sowenig als andere ausdrücke desselben historikers, etwa τὸ βουλόμενον in jener zeit erfüllen mochte.“ Conicitur, non demonstratur atque hinc illud „mochte“, quod argumentum perparvi valoris esse nobis, sine dubio concesseris. Contra Dionysius substantivorum loco infinitivos cum articulo coniunctos existimat ponendos fuisse censetque, ex hac loquendi consuetudine crimen ei movendum esse, interesse aliquid inter infinitivos atque inter nom. verbalia prorsus oblitus. Infinitivo enim cum generatim atque universe loquimur, ipse agendi motus exprimitur, ubi agi aliquid aliquo tempore consentaneum est, ita ut hoc verbi modo (inf.) eoque cum articulo coniuncto notio tantum actionis significetur et nuda et libera, cui quidem actioni non insunt fines, nisi quod fit aliquo

[1]) Wiss. synt. der gr. spr. p. 50 not. 80.

tempore. Quapropter fieri quidem potest, ut infinitivus addito etiam articulo substantivi instar ponatur, haudquaquam autem — quemadmodum meris nominibus licet — ut vel adiectivum sibi adsciscat vel genetivum, sed qualitas actionis adverbio necesse est definiatur, auctor autem accusativo. At substantivis illis verbalibus ipsius actionis certam quandam effectionem explanari manifestum est, ut, cum infinitivo notio tantum actionis animo observetur, eiusmodi substantivo perfecta significetur illa actio. Quo discrimine explicato, accuratius numerum vocabulorum extantem, quae servarunt sibi hanc vim verbalem, intuitus ante omnia voces in-*ωσις* formatas reperias, i. e. de verbis contractis in — *όω* exeuntibus derivatas. Sunt autem hae: *ἀλλοτρίωσις, ἀνάδωσις, ἀνανέωσις*, (verb. *ἀνανεοῦσθαι* = renovare), *ἀνίσωσις, ἀξίωσις, βεβαίωσις, γύμνωσις, δήλωσις, δικαίωσις, δούλωσις* vel *καταδούλωσις, ἐλευθέρωσις, ἐναντίωσις, ζήλωσις, θανάτωσις, κάκωσις, κύκλωσις* vel *περικίκλωσις, κύρωσις, ξύλωσις, οἰκείωσις, τέκνωσις, χῶσις* et *πρόσχωσις, φλόγωσις.* Quae originem ducunt nomina ex aliis radicibus, ut *ἄπωσις* e verbo *ἀπωθεῖν* = repulsio, *διάγνωσις κτλ.* praetermisimus, quorum frequens usus etsi adnotandus, tamen nobis minoris videtur esse momenti. Neque dissimiliter tractata sunt substantiva in — *ησις* desinentia, quae ad verba in — *έω* atque — *άω* spectant: *ἀγανάκτησις, αἴτησις — παραίτησις, ἀναίρεσις, — παραίρεσις, ἀκρόασις, ἀνά — ἐπί — παράκλησις, ἀνα — ἀποχώρησις, ἀντιμίμησις* et simplex *μίμησις, ἀντι — ἐπι — περιτέχνησις, ἀπαρίθμησις, ἀπόκνησις, ἀποστέρησις, ἄσκησις, αὔχησις, διαμέλλησις* vel *μέλλησις, διαπολέμησις, διοίκησις — προενοίκησις, δόκησις, ἐγχείρησις — ἐπιχείρησις, ἐνθύμησις, ἐξήγησις* et *ἐσήγησις, ἐπερώτησις, ἑστίασις, ἐφόρμησις, ζήτησις, θάρσησις, καταφρόνησις, κίνησις, ξυμμέτρησις, οἰκοδόμησις, παραίνεσις, πείρασις, πλάνησις, ποίησις* (fabricatio) *προσποίησις, προεκφόβησις, ἐπι — προτίμησις, τήρησις.* Multa autem alia vocabula ex verbis potissimum proficiscuntur quae aut in — *εύω*, aut in — *άζω*, vel in — *ίζω* exeunt, ut reticeam cetera, quae de diversissimis derivata esse verbis neminem latet, quaeque hic enumerare et longum est et inutile. Quo in

genere quantopere Thucydides sermonem patrium ditaverit, etiam ex ea re facillime perspicere possis, quod toto Homero modo undecim voces in — σις exeuntes inveniuntur.[1]) Atque omnia illa nomina si occurrant tibi cum v. ποιεῖσθαι iuncta, nihil nisi verbi efficiunt periphrasin et ut notio efferatur gravius et ut concinnitas quaedam colligatur a verborum collocationis usu profecta et ex aliis caussis. Tali ponuntur modo sine magno discrimine verborum loco simplicium haece dictiones: ἀπόβασιν, ἀπόστασιν, ἀποχώρησιν, δήλωσιν, διάγνωσιν, διά — κατάλυσιν, διαμέλλησιν, δίωξιν, ἔξέστασιν, ἐπαύρεσιν, ἐπίδειξιν, ἐπιχείρησιν, ζήτησιν, κατάφευξιν, κτῆσιν, μάθησιν, μετανάστησιν, ξένσιιν, ξύλληψιν, οἴκείωσιν, ὁλόφυρσιν, παράδοσιν, παραίνεσιν, παρακέλευσιν, παρακινδύνευσιν, πέμψιν, πρόσταξιν, τέκνωσιν, ὑπόμνησιν ποιεῖσθαι, ita ut valeant fere idem atque verba ἀποβαίνω, ἀφίσταμαι, ἀποχωρῶ, δηλῶ, διαγιγνώσκω, δια — καταλύω, διαμέλλω, διώκω, ἐξετάζω, ἐπιδείκνυμι, ἐπιχειρῶ, ζητῶ, καταφεύγω, κτῶμαι, μανθάνω, μετανίσταμαι migro, ξυλλαμβάνω, οἰκειῶ, ὁλοφύρομαι, παραδίδωμι, παραινῶ, παρακελεύω, παρακινδυνεύω, πέμπω, προστάσσω, ὑπομιμνήσκω; nec vero reperiuntur apud Thucydidem, quae abeunt in significationem „ξενίζω“ et „τίκτω,“ ceteris, quae notavi, utitur sescenties, eisque — ut ita dicam — promiscue. Etiam Popponi[2]), quem omnino quidquam esse Thucydidis solius proprium negantem vidimus hoc fatendum est: „Thucydides ob studium per subst. loquendi nomina quaedam ex verbis vel ipse primus derivavit, vel certe ab aliis scriptoribus evitata in libros suos recepit ut διαπολέμησις, καταπολέμησις[3]) et alia multa in — σις. Atque ut exempla, ubi nomina illa verbalia peculiari genuinoque posita sunt acumine, promamus e copia locorum, qui — ut ait Hermogenes — ἐν τῇ τῆς στάσεως ἐκφράσει τῶν

[1]) Cf. Ottonis Schneideri diss. inaugur. „de discrepantiis quibusdam, quae insunt in singulorum carminum homericorum genere dicendi“ Berol. 1869. p. 21.

[2]) Prolegg. I, 1,166 sq.

[3]) Se fefellisse videtur Poppo; neque enim Betantius affert „κατα πολέμησις in lexico, neque mihi sedulo quaerenti occurrit.

Κερκυραίων locum tenent singularem, afferimus III, 82,4: *καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει* ibidemque § 3, *πολὺ ἐπέφερον τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας τῶν τ' ἐπιχειρήσεων ἐπιτεχνήσει καὶ τῶν τιμωριῶν ἀτοπίᾳ* i. e. maiore in insidiis faciundis calliditate. In libro primo quoque c. 141. 1. haecce scripta sunt: *τὴν γὰρ αὐτὴν δούλωσιν δύναται ἥ τε μεγίστη καὶ ἡ ἐλαχίστη δικαίωσις ἀπὸ τῶν ὁμοίων πρὸ δίκης τοῖς πέλας ἐπιτασσομένη* neque aliter III, 10,3, *ξύμμαχοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων Ἀθηναίοις, ἀλλ' ἐπ' ἐλευθερώσει*: „Bundesgenossen wurden wir nicht zu einer unterjochung der Hellenen, sondern behufs einer befreiung." (Gastius p. 9.)

Quibus in omnibus enuntiationibus subst. verbalia, ubi singillatim speciatimque dictum est, suo quodque loco haud inepta infuisse constat, cum infinitivo, apposito etiam articulo, e caussis supra explicatis prorsus aliae sententiae forent expressae. Neque etiam hoc loco praetereundum videtur id quod persaepe talia subst. verbalia diversissimis aliis notionibus referta sunt, quemadmodum re vera Thucydides hanc libertatem vel uberrime usurpavit, quam rem ab aliis scriptoribus non alienam quidem fuisse novimus, tamen multo rariorem. Indidem quoque studium profectum esse videtur Thucydidis, nomina verbalia eodem quo verba ipsa modo et usurpandi et construendi. Coniunguntur autem talia subst. non solum aut cum dativis aut praepositione *ὑπό* aut cum negatione *οὔ*, quae quidem etiam aliorum dicendi usui non plane defuisse monuit Kruegerus [1]), verum etiam illis quaelibet adnectitur praepositio vel una vel complures atque insuper eis nominibus adduntur adverbia. Huc exempli gratia referenda sunt: I, 122,1, *ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ*, c. 130 *ὧν ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Πλαταιᾶσιν ἡγεμονίαν*, c. 137,4, *γράψας τὴν ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν, ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο, τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν*, scribens sese ab insula Salamine illum praemonuisse ut

[1]) Krueger, Gr. sprachlehre § 67 et 68.

se reciperet pontemque, id quod falso sibi arrogavit, tum per se non discissum (i. e. servatum) esse. Atque ex libro II quae exhibeantur dignae sunt enuntiationes: 39,3, *ἡ ἐν τῇ γῇ ἐπὶ πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψις*, 41, *ἡ ἐς τοὺς πολέμους ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθία*, quin etiam in libro III c. 66. 3. coacervata sunt *τρεῖς ἀδικίας ἐν ὀλίγῳ πράξαντες τήν τε λυθεῖσαν ὁμολογίαν καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸν ὕστερον θάνατον καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν.* In quanam autem lingua hanc argutam cogitandi sentiendique celeritatem imitabilem esse arbitraris, in qua dicendi brevitate (*τάχος τῆς σημασίας* iam supra similem appellavimus elocutionem) nihil obscuritatis, sed perspicuitatem ac peculiare exprimendi aliquid acumen posita esse sagaciter observavit Car. Odofr. Muellerus, cum dicit: „Die freiheit in den strukturen gewährte dem Thukydides das mittel, begriffsverbindungen auf eine viel schärfere weise, ohne einmischung überflüssiger und darum störender redetheile auszuprägen, als es bei einer grösseren beschränkung der konstruktionen auf das regelmässige geschehen kann.“ Atque id ipsum negari non potest. Namque in Thucydide, quo erat ingenii acumine quaque subtilitate, velociter cogitandi infuit facultas, quae nihil id spectabat, ut necessaria omitterentur vocabula, sed potius orationem illam sententiarum ubertate coartatam procreavit haud dissimilem — ut coquinari utar imagine — farciminis quo etsi carnis diversissimis impleto frustis lubenter fruantur omnes, si quidem nec recta deest mistura, nec salis granum illud desideratur. In omnes autem quibus quod Graeci *τάχος τῆς σημασίας* nominaverunt, non displicet, cadunt verba illa, quae ab Henrico Stephano in epigrammate Thucydidi addicto excussa sunt:

Σύντομον εἰ φιλέεις λόγον ἀτραπὸν ἠδ' ἀπάτητον,
Κἄν ποο ἕῃ χαλεπή, ἐς χέρα, ξεῖνε, λαβέ.

Vom Verfasser sind erschienen:

System. Grundriss der französischen Syntax. Hamburg. Meissner.

„Wir wünschen dem Buche die weiteste Verbreitung."

Herrigs Archiv.

Die Meisterwerke der deutschen Litteratur in mustergültigen Inhaltsangaben. Hamburg. J. F. Richter.

1. bis 3. Auflage.

Die Ministerialabtheilung für Gelehrten- und Realschulen zweifelt nicht, dass das Buch beim Unterricht in der deutschen Litteratur erspriessliche Dienste leisten und namentlich den Lehrern in diesem Fache willkommen sein werde.

Stuttgart, 25. April 1888. **Württemb. Kultusministerialabtheilung.**

Im Druck. Aus Litteratur, Pädagogik und Buchhandel [Essays].

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

Druck von G. Zahn & H. Baendel, Kirchhain N.-L.

Gt 55.523.9
De usu adjectivorum et participioru
Widener Library 005608769
3 2044 085 174 357